

I 354.

I 302 Odat.

Sko.

GUTTORM ANUNDSSONS bytesbref på 2 markland jord i Säby, som lemnas Nunnorna i Skokloster, emot 2 markland i Sjökarlaby samt brukande rätt till ett 3:dje markland derstädes i hans lifstid.

A. 3. b.

Vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit GOTHORMUS filius ANUNDI salutem in domino sempiternam, vniuersitati vestre notum facio me cum reuerendis dominabus claustri sko permutacionem prediorum in hunc modum fecisse, assignaui predictis dominabus duas marcas terre in curia mea seby pro duabus marcis in sýøkarlaby cum domibus et omni suppellectili sicut nobis conuenit, adhibitis secundum leges terre testibus et firmarijs qui wlgariter dicuntur fastar, Terciam autem marcam in predicta curia sýøkarlaby. fauore et beneplacito suo sepedicte domine pro vita mea mihi exhibuerunt, hac ratione, vt post mortem meam absque omni heredum meorum contradictione libere poterint vsibus suis prenominatam marcam reuocare ac vendicare, In cuius rei testimonium sigillum meum cum sigillo domini Magni gregerson presentibus est appensum, Datum sko anno domini M°.CCC°.II°.

Sigillen skadade.

I 355.

I 302 d. 8 Jan.

Sigarsö.

Biskopen YSARS i Strengnäs öppna förordande för prestmannen Johannes i Thoresund som ernade färdas utomlands, för att studera och besöka sina föräldrar.

B. 9: 77. v.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, YSARUS dei gracia episcopus strengnensis salutem in domino sempiternam, pro exhibitore, presencium, dilecto clerico nostro, Domino Johanne parochiano ecclesiarum in Thorsn et Ekeby *) qui gracia studii et visitacionis parentum suum extra regnum swecie, jntendit proficisci vniuersitatem vestram petimus et rogamus vt ipsum ad vos diuertentem velitis benigne recipere, ac humaniter pertractare, admittentes eum ad sacerdotale officium libere exsequendum nec sinentes sibi jn aliquo jniuriam fieri vel grauamen, Datum Sýgarsø anno domini, M°.CCC°.II°, die lune jnfra octauam Epýphanie.

*) Slutet af namnet förkortadt och flertydigt.